illi facta fuit, ut cum supradi. Marchionis vidua ageret, eoque Jure quo illa hactenus districtu seu potius Capitaneatum Pilsensem possedisset, eundem possideret.

At illa Vidua Marchionis Anspachiania, non Jure feudi aut subiectionis, sed vere hypothecario titulo districtum seu Capitaneatu Pilten possedit, eique Ill.mus Curlandiæ Dux tale, et non aliud Jus, prius ad præsens quæris Jus feudi et subiectionis, pro tunc quidem agendo cum d.a vidua acquirere potuit, si vidue isti satisfecisset, ob cuius rei defectum pta vidua pauli post per Commissarios Sac. Reg. Maiestatis et recuperatum Jure suo tam hypothecario, quam adviticalitio illud tandem Gnoso Hermanno Maydel, accedente Consensu Sac. Reg. Maiestatis, et Reipub. adviticaliter cessit, eique possessionem Arcis Piltensis scilicet Capitaneatus, tradidit illiusque Successores eodem Jure etiamnum tenent, Juribus, immunitatibus, et privilegijs Nobilium, omnia salvis manentibus, et ad negotium Capitaneatus non pertinentibus. Uti igitur præmissa de origine status Districtus Pilten, in quo ei primeva incorporat. ante Investituram. Domus Curlandiæ recensita sunt unde evidenter patet, quod nobilitas Districtus Piltensis, uti libera et immediate ad Rempublicam servata vens, nulli prædictorum Supremum subiecta fuerit